

MAGIOLOGIA  
 seu  
 DISPUTATIO  
 DE  
**MAGIA**  
**LICITA ET ILLICITA**  
 QUAM  
**FAVENTE S. SANCTA TRINITATE**

In Illustri Hamburgenium Athenæo,

P R A E S I D E

**DN. DANIELE BÜTTNERO**  
**J. U. LIC. & PROFESS. PUBLICO,**  
 G. H. h. t. RECTORE,

Domino Doctore & Fautore suo ætatem cō-  
 cendo publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit

**ALBERTUS zum Selde** / Palæog. Bremen  
 Phil. & SS. Theol. Studiosus, Autor & Respondens.

*AD DIEM XX. APRIL. A. R. O. M. DC. XCIII.*  
 H. L. Q. C.

---

HAMBURGI, Literis CONRADI NEUMANNI,  
 Senat, & Gymnasii Typographi.

POTENTISSIMI ET SERENISSIMI  
PRINCIPIS ET DOMINI,  
**DOMINI**  
**CAROLI XI.**  
SVECOR. GOTHOR. VANDAL.  
**REGIS.**

&c. &c. &c.

JUDICI PROVINCIALI IN PA-  
LÆOGÆA DUCATUS BREMENSIS

MERITISSIMO & GRAVISSIMO,

V I R O

Nobilissimo, Consultissimo & Præclarissimo,  
**DN. HEINONI zum Felde/**

Parenti meo obsequiosa quavis observantiâ ætatem colendo, vene-  
rando, Ipsiusque erga me filium meritis Summis, Maximis

Sacrum !

DISPUTATIONEM HANC PHILOSOPHICAM

De

**MAGIA**

manu pia

animo observantissimo

Prosperrima quæque una precatus

offero

**ALBERTUS zum Felde / A. & R.**



a + w.

**DISPUTATIO**  
De  
**MAGIA.**  
**PRÆLOQUIUM.**



Im Physices perma-  
gnam, usumque Philosophiae in-  
finitum paucis adumbraturus  
magnus ille Plato in hæc verba  
prorupisse legitur : Nihil Philo-  
sophia præstantius hominum  
generi à Diis immortalibus dari  
potuit. Magnam idem suo seculo deprædicabat Phi-  
losophiam, majorem sanè de prædicasset, si hoc ultimò  
vel nostro seculo supremi Numinis afflatu illuminatus  
usum non latè enarrandum, quem non tantum Theo-  
logiæ & Jurisprudentiæ, sed & Medicinæ Philosophia  
præbear, intellexisset. Nos itaque facili manu asserto Pla-  
tonis astipulabimus, majorem, imò maximam Philo-  
sophiam proclamantes, cum splendidos ejusdem radios,

A 2


quos

## PRÆLOQUIM.

quos in omnes disciplinarum partes, immo in ipsam divinam diffundat Theologiam, cognoscamus. Cæterum Studium Magicum, cum in Physicis locum infimum sibi neutquam vindicare videatur, dum hoc antiquitus, & in specie apud Persas proprium quasi Sacrorum Antistitibus, Regumque moderatoribus fuit: Persæ enim solebant nomen Magiæ non tam humanarum, quam divinarum, ac politicarum rerum ad cultum divinum, Regnique gubernationem pertinentium, excellenti peritiae tribuere, uti CASPAR SCHOTTUS refert: Verum, ut nihil unquam tam sanctum, laudabile & incorruptum fuit, quod Dæmonis fraude, & hominum improbisimorum malitia non fuerit vitiatum & corruptum; ita reconditarum quoque rerum scientia ab Adamo posteris suis tradita, & Magiæ nomine cohonestata nefariis superstitionibus & execrandis dogmatibus Dæmone Magistro contaminata fuit, ex qua corruptione orta est divisio Magiæ in licitam & illicitam: Cum autem dictum, quod inferni leo rugiens Diabolus primus Autor sit Magiæ illicitæ, hinc subeat nos merito mirari, ex hominum genere esse, non tantum, qui virtus operantur, ob quæ ille tam evasit obscurus, proculque omni spe venia in miseriarum rancidam abyssum detrufus, verum etiam à quibus ex orco velut citatus servitutem sibi stipulatur perpetuam. Vah cæca & perversa humanitas! quo ruis? quo laberis? quantam tibi acceptis jumento proprio perniciem? Ignoras indelem fero-

## PRÆLOQUIM.

ferocientis hujus bestiæ, fraudibus meris, in gratitudine ac tyrannide sequestrato omni commiserationis affectu terminari? Nescis delicias & vota ipsius insatiabilia per agrandi terras, seducendi societates humanas, apprehendendi nihil non ac devorandi? Hujus utrinque itaque Magiæ tam licitæ scilicet, quam illicitæ naturam & effectus hac vice hic pro virili proponere placuit. Facile largimur, rem magnæ esse difficultatis, altissimæque contemplationis, ut exasciatissimi etiam ingenii vites in diversa traxerit ab omni ævo. Tantoque magis veremur, ne scioli, qui numerum faciunt innumerum, & quibus veritati nil videtur inimicus, heic artes suas sint tentaturi, maxime cum constat, quod hujus materiæ difficultas doctorem requirat calatum, utpote cuius nuda pictura gloriam absolutissimi Apellis non uno puncto adauxit. Experiemur nihilominus vires nostras, & licet in omnibus omnium voto non satisficerimus, honesti tamen conatus laudem haud gravatè concedent, qui hunc qualisunque partum non suæ eruditiois decempeda, sed nostri ingenii modulo prudenter metentur, considerantes, nullam rem consummatam esse, dum incipit, longeque semper à perfecto distare exordia.



## THEOREMA I.

*Magia est habitus rerum abditarum scientia, & operum admirandorum, qua communem hominum captum excedunt, arte constans.*

**A**ntequam ad tractationem Magiae nos accingimus, prius inquiremus, an Magia detur, & an unquam Magi fuerint, vel adhuc sint, qui artem Magicam exercuerint, & adhuc exerceant? Præsertim cum nonnulli reperiantur, qui omnem Magiam negant, & pro anili commento explodunt, quicquid hactenus de illa dictum, aut scriptum fuerit. Alii etiamsi operationes aliquas insolentes experientia edocti agnoscant, tamen eas naturæ inferiori, aut occultis & magneticis qualitatibus, aut exquisitæ, & peculiari phantasiaz, atque adeo peculiari cuidam temperamento adscribunt: Inter quos emicuit Atheneus ille in Academia Bononiensi Philosophus, PETRUS SPOMONIUS, libr. de instantament. & post hunc imprimis Nobilis Anglus REGINALDUS SCOTIUS, cuius liber titul. Discoverie of VVitcher aff. in Anglia combustus est, quem tamen nominatum perstringunt Serenissimus Magnæ Britanniæ Rex, JACOBUS in sua Dæmonologia. JOH. RAYNOLDUS in Censura libr. Apocryphorum, tom. 2. GIBERTUS VOETIUS Part. III. Disp. Select. pag 563. aliisque plur. res. Verè autem Magiam dari, maximè illicitam probant 1. varia illa testimonia Scripturæ Sacrae. 2. Decreta concilio- rum, & in specie Gratiani capl. 26. 3. Coæensus Patrum. 4. Consensus omnium Theologorum, tam Protestantium, quam Pontificiorum. 5. Leges Gentium, item Rotarum & praxis Judiciaria: Celebris enim lex XII. Tabul. Qui fruges in can- cassit, item t. t. C. de Malefic & Mathemat. 6. Consensus Gen- tium, cujuscunque fuerint religionis, Judeorum, Græcorum, Latinorum, Septentrionalium &c. Imprimis vero dicta & at- testata

## THEOREMA I.

testata Sapientum Philosophorum, Medicorum, Poëtarum, Historicorum, Oratorum, quæ si omnia congerantur, in volumen excréscerent. 7. Historiæ & relationes de scholis Magorum, de quibus MARTIN. DELRIO, in disquisit. Magic. l. 2. c. 1. & denique 8. ratio nulla est, ut consensum seculorum & nationum omnium, proprietum sensuum testimonia, obser- vationes, experientias omnes abnegemus, cum Magia hæc non sit impossibilis, nec implicet contradictionem, vel ex parte Diaboli principalis agentis, velex parte hominiscum Diabolico pacientis, diabolicisque suggestionibus, consiliis, me- diis, auxiliis se tradentis, vel ex parte modi pacisciendi, vel ex parte DEI permittentis, ut prolixius hanc materiam deducunt SERENISSIMUS Rex Britanniæ JACOBUS Tr. de Dæmonolog. VOETIUS part. 3. disp. select. p. 540. NIC. REMIGIUS, in Dæmonolatr. l. 2. c. 4. JOH. BODIN, in demon. l. 2. c. 7. MART. DELRIO Disquis. Mag. JOH. GODELMAN. de Lamiis, ULRICUS MOLITOR. libr. de Pythonibus, PQNZINIB. libr. de Magia. JOH. VVIERIUS de præfig. Dæm. & libr. de Lamiis. BERNH. ALBRECHT. de Mag. c. 1. His præmis- sis, dicimus vocabulum Magiae primò in partem bonam ac- ceptum & honorificum fuisse, non secus ac Sophistarum, Tyrannorum, aliorumque similium, propter abusum hominum autem illud postea tribui cœpisse superstitionis & diabolicis ar- tibus; origine verò verbum Magiae est Persicum, dum populi Orientis nomine hoc suos Sacerdotes, id est, Viros divinarum & humanarum rerum cognitione præditos, Regum Consilia- rios, atque aulæ Magistros vocabant, uti referunt HENR. KIP- PING. Instit. Phys. l. 2. c. 7. n. 1. BARNAB. BRISSON. l. 2. de regno Persarum, p. 178. CIC. l. 1. de Divinat. MATTH. MARTIN. in Lexic. Philol. Sub verbo Magus: Unde factum, ut probati Autores Magos hodie in tres classes distinguant, scil. in supernaturales, naturales, & nonnaturales. Illi fuere Sancti Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli veri DEI, dum hic per hos viros saepè pluri- ma

## THEOREMA I.

ma & magna miracula & prodigia supranaturalia edidit, quæ solum per omnipotentem Dei manum, quæ non est alligata naturæ cursui, fieri potuerunt, facta sunt. Magi naturales sunt vel Physici, vel Mathematici. Illi per artem suam cognoscunt qualitates rerum naturalium imprimis occultas, ac per eas mira operantur, applicando naturalia agentia passivis. *Vid. JOH. VVECKER, lib. de Secretis. MIZALD, in cent. Memorab. & CORNEL. HENRIC. AGRIPP, in Tr. suo de Vanit. Scientiarum Magi Mathematici sunt, qui beneficio Arithmetices, Geometriæ, Opticæ, Staticæ, &c mira operantur, de quibus infra. Magi nonnaturales itidem sunt vel yani, vel superstitionis. Illi sunt & dicuntur, qui peculiari quadam agilitate, celeritate, & occultatione miri aliquid facere videntur, & facere se jactant, cum revera tale nihil faciant, vocantur hi homines alias Agyrtae, germanicè *Otos Bockos* / vel etiam circulatores, funambuli, *MART. DELRIO*, *Disquis. Mag. l. t. c. 4.* Saccularii, quia ex sacculo ludere solent. *FROMMAN, de Fas. l. 3, Part. VI. c. V.**

Magi verò superstitionis sunt, qui per nefariam artem mirum aliquod ope Diaboli præstant, qui à nonnullis quoque præstigia- tores, Mathematici, ut in l. 2. c. de Mathemat. & Malefic. Necromantici, Arioli, Incantatores, Venefici, Malefici appellantur, *JOH. GODELM. Tr. de Lamiis, Libr. 2. c. 4.* Dardanarii, *FROMMAN de Fascinat. l. 3. p. 1. c. 1. n. 6.* Item vulgo Striges, (Strix enim abominabilis ayis nocturna erat, de qua *OVID. l. 6. Fastor.*) Sagæ à sagiendo, quia multa scire volunt, & germanicè *Schwarze Fünfser/ Heren* / (sine dubio ab Amazonum Principe, cuius nomen Heza, & arti magicæ addicta,) Unholden/Bauberinnen/ seu *Böse Menschen*. Quia se malo hosti tradiderunt, &c. *Vid. MATTH. MARTINI in Lexic. Philol. sub verbo saga, JOH. GODELMAN. d. c. 4. NICOL. REMIGIUS in dem. l. 2. c. 4.* *VVIERIUS de præfigiis Demonum. e. s. & seqq.* Cæterum quando in descriptio- ne Magiæ universim sumtæ cum *JOH. SPERLING* in suâ Instit. Phys.

## THEOREMA I.

*Phys. l. 7. t. 4.* ipsi loco generis non artem, nec scientiam, sed habitum assignavimus, illud secundum regulas Philosophorum est factum, utpote quæ jubent, quod genus alijus definitionis seu descriptionis non debet esse latius, vel angustius suo definito. Sic quoq; non sine causa huic descriptioni inservimus verba hæc, scil. quæ communem hominum captum excedunt, quia sapientiores ac supra vulgus doctos causæ magicorum effectuum plerumque non latent. Conf. *LEVINUS LEMNIUS* de occult. natur. mirac. *FORTUN. LICET. de recond. antiquor. lacern. MART. DELRIO* in *Disquis. Magicis.*

## THEOREMA II.

*Magia dividitur in licitam & illicitam; Licitæ est vel theoretica, vel practica: Illicitæ est vel divinitaria, vel præstigatoria, vel effectoria.*

**E**T si variæ & ferme innumeræ divisiones Magiæ in di- versis legantur Autoribus, de quibus in specie videan- tur *FRIDER. BALDUIN. in casib. Conscient. p. 767. CASP. PEUCERUS de precip. divinat. generib. JOH. CHRIST. FROMMAN. Tr. de Fascinatione. MELCH. SYLVESTER, ECCARD. in Christ. Relig. class. 4. quest. 8.* omnium vero commodissi- mè videtur divisio illa, qua Magia ratione finis & mediorum, dividitur in bonam seu licitam, germanicè *Die natürliche Zaubererey* / & in malam seu illicitam & Diabolicam, quam & alii Magiam præternaturalem, sermone vulgari *Die unnatürliche Zaubererey* appellant. Et sicuti Magia licita potissimum vel in abditis & futuris conjectandis versatur, ut cum quidam effectus naturales prædicuntur ex causis non passim cognitis, vel etiam in applicatione rerum cum rebus ad producendos effectus mi- rabilis consistit, unde Magia hæc subdividitur in Theoreticam

## THEOREMA II.

4 & Practicam, ita & Magia illicita seu Diabolica, quatenus est  
ars superstitionis, consistens in foedere cum Diabolo, vel expre-  
se vel tacite & animi tantum assensu inito, ut vel praeterita, sed  
clam aliis facta, vel post futura, longè antè quam fiant, prædicantur,  
vel morbi currentur, vel beneficia & præstigia exerceantur,  
subdividitur in divinatoriam, præstigatoriam, & effectoriā.  
*Vid. ECCARD. in Christ. Religioſ. class. 4. qv. 8. BALDUIN. in Casib.  
Conſcient. l. 3. c. 6. cas. 9.* Cum autem ipsa Magia illicita sit crimen  
6 atroc & facinus detestandum, sequitur, quod omnes ejus spe-  
cies etiam sint prohibitæ, & poenis gravissimis puniendæ, pro-  
ut hoc prolixius tam Theologi, quam Jurisconsulti docent.  
*Vid. Conſtit. Criminal. CAR. V. Imper. art. 109. BENED. CARPZOV.  
7 prax. crim. p. 1. qv. 49. per. tot.* adeoque sine causa & animo merè  
temerario in dubium vocatur, quaestio illa, An Magiae Diabo-  
licæ studium, seūusus sit licitus, vel ut germanicè illa proferri  
solet. *Ob die Schwarze Kunst oder die Zauberey eine  
Freye Kunst sey?* Cum nemo, nisi insaniens eam ita proprié-  
8 vocandam esse statuit: Utrum verò huic studio licet incum-  
bere, cum Magia, præfertim nonnaturalis, quæ commercio &  
foedere inito cum Dæmonie nititur, variis modis addisci posse,  
scil. vel speculativè tantum, vel etiam practicè, hoc est, vel no-  
9 scendi tantum causa, vel etiam utendi & exercendi; nuda et-  
enim cognitio Magiae per se non est mala, dum ex principiis  
Philosophorum constat, quod omnis cognitio veri bonum-  
10 quoddam & perfectio intellectus dicatur; Et quomodo Eccle-  
siæ Doctores hujus Magiae vanitates, fallacias, maleficia, impi-  
asque superstitiones detegere, vel confutare possent, quomodo  
probare mira illa, quæ faciunt Magi, vel esse meras imposturas,  
vel opera Dæmonum, vel occultarum virtutum naturalium  
effecta, vel quomodo sine cognitione studii Magici demon-  
strare valeant, nullum opus Magorum verè posse dici miracu-  
lum? &c. hanc quaestionem prolixius tractant. *JOH. PIC.*

MIRAN-

## THEOREMA III.

*MIRANDUL. de Ludific. Daemonis & HENRIC. FLOCKEN. in  
Synops. purior. Theolog. prolixior. disput. 62. ih. 9.*

## THEOREMA III.

*Magia licita Theoretica est rerum naturalium abdi-  
tarum & obscurarum scientia, quæ causarum i-  
gnaris miraculosa videtur.*

**M**agia haec potissimum versatur circa cognitionem  
rerum naturalium, astrorum, elementorum, alio-  
rumque corporum naturalium, qua olim imbuti e-  
rant Magi in Evangelio, ut statuit *ECCARD. in Christ.  
Relig. classe 4. quest. 8.* Cujus effectus quamplurimos refert  
*CASP. SCHOTTUS in sua Mag. Univers. part. 1. libr. 1. c. 5.* quales  
sunt, quod funis, linteolum, charta ex asbesto confecta & pro-  
jecta in ignem, non modo non comburantur, sed puriora etiam  
extrahantur, prout saepissime in præsentia sua facilitatum Romæ  
apud P. Athanasium Kircherum asserit. Item quod Turca qui-  
dam Venetiis liquato plumbō manus layit innoxius, fortè prius  
manibus succo malvæ imbutis, *Vid. CARDAN. de Subtil. l. 6.* Sic  
referunt hoc quoque vires herbarum & gemmarum, quæ amo-  
rem, odium, lætitiam, motus veneros & effectus similes exci-  
tare solent, licet libertatem hominis non tollant, cum nostra  
voluntas nulla vi naturali perse possit cogi, ut tradunt *ANTH.  
MITER. in Philos. Moral. CONR. HORN. in Ethic. & alii.*  
Et quamvis effectus hominis commotionibus humorum inter-  
dum excitantur, ut cum circa præcordia sanguis fervore incipit,  
irascimur, tunc quoque è contrario certum est, nos commoveri  
virtutibus naturalibus, ut hoc in terminis supra allegatus Schot-  
tus loc. jam cit. attestatur. Item effectus hujus Magiae naturalis  
dicuntur omnia Physicorum & Medicorum prognostica, ab  
ipsò

## THEOREMA III.

ipse naturæ ordine, & signis divinitus in natura conditis sumta,  
 nec non prædictiones astronomicæ Eclipsium, magnarumque  
 conjunctionum, imo certo modo divinationes politicae denun-  
 ciantes injustis & sceleratis poenas certo secuturas, &c. *Vid.*  
*JOH. GODELMAN*, de *Magis, Venef. & Lamiis*. *lib. 1.c. 2.* Semper  
 tamen cavendum hic illud est, ne temerè omnia, quæ in Auto-  
 ribus leguntur, credantur vere esse naturalia. Nam licet Jacobus  
 Patriarcha in hac scientia Magica excelluerit, adeo, ut  
 dum vires imaginatiwas aestimavit, oves versicolores gigne-  
 rentur magna copiâ, unde ipsius peculum accipiebat incre-  
 mentum; & Salomon Rex Hebraeorum in cognitione virium  
 naturæ, quas libris descripsit, licet hi non amplius extant, sed  
 sint perditæ, ut testatur *HENR. KIPPING*. *Inst. Phys.* *l. 2.c. 7.* nec  
 non Aesculapius, qui cujusque rei naturam explorare potuit ad-  
 unguem, ut habet *GALENUS* *libr. 3. Method. c. 7.* Anaxagoras,  
 qui in siccitate maxima prædictit pluviam, indeque pro DEO  
 est habitus; Democritus Philosophus Abderitanus, qui cum  
 Theologiam & Astronomiam à Magis & Chaldeis didicisset,  
 & olei caritatem ex astris prævidisset, omne oleum in toto tra-  
 stu coëmit, unde licet maximum quæstum fecit, pretium tamen  
 omne avaris reddidit dominis, ut referunt *CAROL. STEPHAN.*  
*in Dict. histor. Geogr. sub nomine Democritus*, & *JOH. SPERLING.*  
*in Inst. Physic.* (ex quibus pleraque hæc theorematæ sunt de-  
 sumta) ad *præc. 3. libr. 2.c. 4.* item multi aliij viri ingeniosissimi  
 & acutissimi, ut Archytas Philosophus Pythagoricus, patria Ta-  
 rentinus, de quo *ARISTOTEL. l. 1. de Anim. text. 44.* *P. ATHAN.*  
*KIRCHERUS de art. Magnet. l. 2.p. 4.c. 1. probl. 10.* Dadalus faber  
 Atheniensis, Drebbeijs, Hevelius, Otto de Guerike b. m.  
 Athanasius Kircherus, aliquique quamplurimi, de quibus legitimus  
*P. CASPAR. SCHOTTIUS in sua Magia Univers.* *MART. DELRIO*  
*in suis Disquis. Magic.* multa tamen nomine Magiæ naturalis  
 factim palliari solent, cum in se parsim vere sint falsa & figmen-

## THEOREMA IV.

ta, partim vero superstitionis & effectus sunt magiæ Diabolicae,  
 qualia multa *JOH. BAPTISTA PORTA in sua Magia naturali, MART.*  
*SCHMIDT in thesaur. Secretor. natural.* & *VVOLFFG. HILDE-*  
*BRAND. in sua Magia natural.* referunt, propterea videndum, ne  
 cuivis auctori mira jactanti statim credamus, & licet multi non 22  
 habeant pactum aliquod cum Diabolo explicitum, nec putent 23  
 se cum Diabolo visibiliter manu porrecta certum aliquod fo-  
 dus iniisse, subest tamen foedus seu pactum aliquod implicitum,  
 dum quis sciens volens rebus superstitionis utitur, quæ natura-  
 liter id præstare non possunt, ad quod adhibentur. *Conf.*  
*CARDAN. de pact. cum Damon. sect. 3.p. 433.* *MART. DELRIO dis-*  
*quis. Magic. libr. 2. qv. 4.* *JOH. BODIN. in Damon. libr. 3.c. 4.*

## THEOREMA IV.

*Magia licita practica est ars mira quadam per huma-*  
*nam industriam perficiendi, adhibendo ad id varia*  
*instrumenta.*

**D**efinitionem hujus Magiæ, quæ & Operatrix dicitur,  
 suppeditat nobis *CASP. SCHOTT. in sua Magia univers.* 1  
*p. 1. libr. 1.c. 6.* quæ iterum duplex est, Præstigioria, 2  
 scil. (de qua vide thes. Ulte, hujus Disputationis)  
 & Mathematica, quæ nititur principiis geometricis, arith- 3  
 metricis, vel astronomicis, hujus exempla sunt sphæra illa  
 coelestis Archimedis, secundum *CLAUDIANUM Epigram. 21. vi-*  
*treæ*, de qua *M. T. CICERO l. 1. Tuscul.* & *libr. 2. de nat. Deorum.* 4  
*Solis, Lunæ & reliquarum quinque errantium motus repræsen-*  
*tans.* *Vid. SCHOTT. in Mechan. Hydraul. Pneum. p. 2. class. 1. c. 3.*  
*mach. 10.* *ZWINGER. Theatr. Vit. hum. vol. 19. libr. 3.* Archytæ 5  
 columba lignea per aërem volitans, de qua *AGELLUS Noct. At-*  
*tic. libr. 10.c. 12.* Dionysii tyrannis auris saxea, Syracusis in Sici- 6  
 lia

## THEOREMA IV.

lia ad captivorum submurmurations percipiendas exstructa, de  
qua P. ATHANAS. KIRCHER. in sua Musurg. Univ. libr. 9. p. 4. c. 3.  
7 expers. Severini Boëthii ærei grues buccinantes, ænei angues  
insibilantes, & aviculae æreæ fritinnientes, ac cantillantes  
8 de quibus M. ALLR. CASSIODORUS var. libr. 1. Epist. 45. P.  
CASP. SCHOTT. in Mag. Univ. p. 2. libr. 6. Synt. 6. Alberti M. caput  
æneum, responsa cerra articulate proferens. Vid. JOH.  
BAPT. PORTA in sua Mag. Natur. l. 19. c. 1. quamvis MARCI. DEL.  
RIO in Disquis. Mag. libr. 1. c. 4. ingenuè fateatur, quod humana in-  
dustria huc usque nondum pervenerit, efficere, ut res quædam  
inanimata vocem humanam ad lubitum interrogantium emit-  
tat, cum hæc vitam & respirationem in loquente requirat;  
Unde factum, ut cum S. Thomas Aquinas ab hoc Alberto M.  
studiosè ad hanc statuam in cubiculum esset missus, ubi illa  
latebat, & audisset verba articulatæ pronuntiata, perterrefactus,  
fusse machinam hanc contrivit, ac postea interrogatus, cum re-  
spondisset, se statuam confregisse, Albertus Magnus respondit;  
Opus triginta annorum destruxisti. Conf. SIMON. MAGOLIUS  
9 in Dieb. Canicul. Colloq. 23. Adhanc magiam operaticem seu  
artificialem pertinent Joh. Regiomontani musca ferrea ex ar-  
tificis manu se proripiens, & convivas circumvolitans, tandem-  
que veluti defessa in domini manum revertens. VOSSIUS de  
Scient. Mathemat. c. 46. §. 7. P. ATHAN. KIRCHER. de arte Magn.  
10 luc. & Umbr. lib. 10. p. 2. c. 7. exper. 4. Item ejusdem artificis aquila,  
quæ Carolo V. Imperatori Norimbergam adventanti ad quin-  
tum ab urbe lapidem sublimi aëre obviam volans, cumque ad  
portam urbis comitata est, ut referunt GASSEND, in Vita Pet-  
reskii l. 5. Oper. Tom. V. & ADRIAN. ROMAN. in sua Mathes. Polem.  
11 P. Athanasii Kircheri sphæra vitrea magnetica, quæ in centro  
alicujus liquoris librata, perpetuo circumlit, & horas, circulos  
coelestes, totiusque astrolabii mysteria monstrat. Vid. KIRCH.  
12 in arte magnet. libr. 2. p. 4. c. 1. prælus. 2. probl. s. Ottonis de Gve-  
riken-

## THEOREMA IV.

riken b.m. & Roberti Boylei, aliorumque vacuistarum tubi &  
recipientes vitrei spatium vacuum artificiale probantes. Vid.  
CASP. SCHOTT. in append. ad Mech. Hydr. Pneum. P. CORNELIUS  
in Phys. libr. 4. disp. 3. quæst. 4. Lucernæ subterraneæ perpetuò  
ardentes, de quibus satis eruditè differit FORTUN. LICET. de lu-  
cernis antiquorum reconditis. it. PANCIROLL. libr. 1. tit. 35. O<sup>14</sup>  
mnis generis vinorum, aquarum, diversis coloribus & odori-  
bus imbutarum, oleorum item & ignium vomitus artificiosus.  
Vid. THOM. BARTHOL. Histor. Anatom. rar. centur. 1. hist. 39. per-  
fecta Specierum quarumlibet visibilium in cameram, aut quem-  
cunque locum obscurum per foramen exiguum intronisarum  
in objecta charta alba, vel pariete candido repræsentatio. Conf.  
JOH. BAPT. PORTA Mag. Natur. l. 17. c. 6. CHRIST. SCHEINER. in  
fund. Optic. libr. 3. p. 1. c. 2. plantarum simulacra artificiosè resu-  
scitata. HARSDORFF. in delic. Phys. Math. Tom. 3. p. 3. qu. 29. Variæ  
15 vocum acceptarum repercussiones artis opera excitatae, quas  
vulgò Echus nomine indigitant; Neq; hic prætereunda prodigio-  
sa innumerarum rerum, speculorum, artificiosorumq; vitrorum  
exhibitio. SVVENTER. in delic. Phys. Mathemat. part. 6. quæst. 30.  
& VOSSIUS de scient. Mathem. c. 24. §. 4. & 6. ut & machinæ  
automatæ innumerabiles vario artificio ad varios usus paratae,  
16 quales describit DREBBELLIUS in sua Epistol. ad Jacob. Magn.  
Britan. Regem, aliaque rara, recondita, admiranda, & jucunda  
magiaæ hujus practicæ opera, quorum numerus ad eo est magnus,  
ut si ea omnia hic velimus referre, nobis cum tempore verba  
necessaria deficerent; Interim Conf. P. ATHAN. KIRCHER. in ar-  
te sua Magn. & in arte magn. Luc. & Umbr. P. CASP. SCHOTT.  
17 in Magia sua Universali, VOSSIUS de Scientiis Mathemat. JOH.  
BAPT. PORTA in sua Mag. natur. DREBBELLIUS in præcit. Epist. ad  
Jacob. M. B. Regem, HARSDORFF. in Delic. Phys. Mathem. HEVE-  
LIUS in sua Selenogr. KENELM. DYGBÆUS de Pulu. Sympath.  
Generos. Dn. CAJUS BROCKIORFF. jam in SESTERMUHE in Disp. de  
18 Scient.

## THEOREMA V.

*Scient. Natur. Constitut. theor. s. SVVENTER, in suis Delic. Phys. Mathem. aliisque plures,*

## THEOREMA V.

*Magia illicita divinatoria est rerum abditarum ope Daemonis parta cognitio.*

**M**agia illicita, seu Diabolica generatim sumpta alias à CASP. SCHOTTO in sua Magia Univ. p. 1. libr. 1. c. 7. describitur, quod sic ars, qua non industria & artificio hominum, nec naturalium causarum ab ipsis facta applicatione, sed ope Daemonum, vi pauci cum ipsis inicii mira quedam & communem captum superantia efficiuntur; Hanc autem verè dari, negant omnes illi, qui Daemones esse negant, & licet multi sint, qui Daemones esse fateantur, hi tamen magiam hanc illicitam à Daemonibus seu Diabolis ortam vel manasse concedere nolunt, dum omnes ejus mirabiles effectus vel immediatè DÉO per Magos hujusmodi operanti, vel DÉO per Angelos bonos ea perficienti tribuant, ut vult MARTIN. DELRIO in suis Disquisit. Mag. l. 2. q. 1. & 2. vel etiam effectus hosce ad melanochlam, aliosve naturales morbos, vel ad artem, industriam & agilitatem horraium, figuris & præstigiis suis illudentium, vel ad stolidas imaginationes dictorum Magorum, veletiam ad yanæ nugas & fictiones eorundem Magorum referunt, prout in specie demonstrare conatur BALTHASAR BEKKER in suo tract. De Betoverde VVeereld, cuius errores vero sat isaccuratè nuperrimè detexit Dr. MELCHIOR LEIDEKKER Profess. P. in acad. Ultraject. vir eruditionis eminentissimæ, in tract. suo, quem vocat De Goddelikeit en VVaarheit der H. Schriften p. 2. verum cum de hac quæstione in theoremate primo jam sit actum, hic ejus principaliores species saltem explanare placet, quarum prima dicitur

## THEOREMA V.

dicitur Magia divinatoria, cuius ope curiosi & fastuosi homines res miras, sive præsentes, sive futuras, ope Dæmonis scire & revelare satagunt; & vel in crystallo, vel in speculo, vel in vitro polito, &c. Diabolum consulunt, qui de rebus furto sublati, vel amisis, & ad quæstiones propositas, nonnunquam verè, ut mentienti sibi fides habeatur, aut si ignorat verum, per ænigmata respondet, sicuti inquit JOH. GEORG. GODELM. de Mag. Venef. & Lamiis libr. 1. c. 5. & ut probant responsa illa oraculorum ambigua, quæ Regi Cræso adversus Persas, & Regi Pyrrho contra Romanos militaturis data, qualia sunt:

Cræsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim,  
Ajo Te Æacida Romanos vincere posse.

Vid. M. T. CICERO de Divinat. libr. 2. PETR. LAURENBERG in Accr. Philol. cent. 3. hist. 23. CASP. PEUCERUS de precip. divinat. generibus. Cum tamen certum, quod oracula omnium divinationum & superstitionum sint radix & fundamentum, conatus enim est Diabolus hoc modo Theomantiam veram sive Prophetiam imitari, dando petentibus responsa vel ex antris, vel ex statuis, vel ex hominibus; Hinc diversa orta oracula, ut Jo-vis Dodonæi, Jovis Ammonii, Jovis Trophonii, Apollinis Delphi ci, Clarii, Delii, Smynthei, & innumera alia; Vid. MARTIN. DELRIO in Disquisit. Magic. l. 4. c. 2. q. 6. & sicuti Diabolus ipse vel candidus, vel niger est, ita & magia hæc vel subtilis, vel crassa est, ut ait JOH. SPERLING. in Instit. Phys. ad prec. 9. libr. 2. c. 4. Hinc quoque factum, ut tam variæ utriusque hujus magiæ species, (quæ nominis sui etymon à rebus, per quas divinatio instituebatur, sumserunt,) & tot nomina innumera & portentosa sint orta, ut sunt Geomantia, à terra, qua ex terræ motibus, scissura, tumore & crepitu futura prædicebant. Hydromantia ab aqua, qua aquæ fluxus & refluxus, colores & tempestates observabant. Pyromantia ab igne, qua prognostica sumebant ex quovis igne ratione colorum, motus & aliarum impressionum,

## THEOREMA V.

Aëromantia, qua, aëreas impressiones, colores nubium, spectra & alia adyterebant JOH. BODIN in *Damonol.* libr. 2. cap. 1. 2. & 3. JUL. CÆSAR. BULINGER. *libr. de Divinat.* JOH. GODELM. *de Mag. & Venef.* l. 1. c. 3. Necromantia à mortuis, qua incantamentis mortuos revocare, ex iisque futura indagare conabantur. Anthromantia, qua ex inspectione viscerum humanorum divinabant. Ornithomantia, qua ex volatu avium futura noscere volebant. Capnomantia à fumo, Leconomantia à pelvi, Ceromantia à cera, Daphnomantia à lauro, Ichtyomantia à pisibus, Aletriomantia à gallis. Vid. MELCH. SYLVESTER EC-CARD. *in Christ. Religios. class. 4. qv. 8.* FRANCISCUS MONCAJUS *de Magia,* quæ quidem species principaliores Magie divinatariae sunt, sed non omnes, quia Diabolus ut est mille artifex, ita quotidiè in contumeliam DEI & hominum perniciem novas scit producere. Quæ autem in specie fuerint Rotæ Divinitatæ Ægyptiorum & Hebræorum, nec non Aletriomantia Græcorum, de his satis eruditè & prolixè disserit CASP. SCHOTT. *in sua Mag. Univers. p. 1. libr. 1. c. 12.* Interim omnes illi, qui huic Magicæ Divinationi sunt addicti, sive sint Fanatici, sive Trementes, (quos vulgo Quakers vocant) sive Vates Idolorum, sive Ecstatici sive Pythonici, qui & Ventrioloqui seu Engastrimyhti, (eo quod ex imo ventre vox prodire videbatur) dicuntur, sive Planetarii, Nativitatistæ, Chiromantæ, Cribromantæ, seu Crystallispices in Scriptura Sacra, quatenus viribus naturæ ad res noxias agendas abutuntur, reprobantur. Vid. MART. DELRIO *in Disquis. Magic. libr. 4. c. 2. qv. 6. p. m. 61.*

## THEOREMA VI.

*Magia illicita præstigiatoria est operum admirandorum, sed apparentium ope Demonis productio.*

**A**ntiquissima Magie illicitæ species est præstigium, quod secundum CHRIST. BECMAN. *libr. de Orig. latin. lingua p. m.*

## THEOREMA VI.

300. & ISIDOR. l. 8. *Etymol. c. 9.* dicitur sensuum & oculorum delusio, hinc illi præstigiatores dicuntur, qui operâ Satanæ hominum oculos incantationibus & illusionibus fascinant & fallunt, ut non videant ea, quæ sunt, & videre se arbitrentur ea, quæ non sunt; qui alias etiam Fascinatores & propriè in germanico idiomate Zauberer vocantur, de quo JOH. CHRIST. FROMMAN. *Tr. de Fascinat.* JOH. GEORG. GODELMAN. *Tr. de Mag. Venef. & Lam. D. JOH. HENRIC. DEKKER in sua Spec. etrol. cap. 7.* Diabolus hanc fascinationem seu præstigias præstat arte triplici, dum vel objectum verum removet, vel objectum falsum offert, vel etiam lensus hominum perversit; quarum illusionum & præstigiarum in historiis tam sacris, quam profanis exempla & 4 testimonia inveniuntur quam plurima; Talis præstigiator fuit Simon Magus, qui Cæsaris Neronis oculos & totius cætus sic fascinaverat, ut arietem Simonis loco carnifex decollaret. De hoc Simone Mago scribunt EUSEB. *libr. 2. c. 2.* & FRENÆLIUS *libr. 2. c. 10.* hunc Romam venisse, ibique se opposuisse Petro, gloriatum esse, se velle in cælos evolare: die constituto venisse in montem Capitolinum, desiliisse de petra, volasse aliquamdiu non sine magno populi stupore, qui verbis ipsius fidem adhibere cœperat, mox decidisse & crus fregisse; postea Aritiam translatum ibidem obiisse. Sic quoque referunt de Alberto M. quod Coloniae in media bruma feriis Natalitiis coram Imperatore Wilhelmō & multis aliis Principibus suis præstigiis efficerit, ut Cæsaris palatium arboribus, frondibus, gramine & variis generibus herbarum, tanquam amoenissimus hortus florereret, lusciniæ quoque, merulæ, aliæq; aviculæ canerent. Huic affinis fuit Johannes Trihemius, Abbas Spalhaimensis, de quo historia sequens hoc modo narratur: Maximilianus I. Imper. conjugem suam Mariam Burgundicam ardenter admodum amat, eamque mortuam lugebat vehementissime. Hoc Abbas Magus videns, promittit Cæsari, se in medium producturum defunctam, si ejus Majestati ita placaret, ut ejus consuetudine frueretur. Annuit Imperator, C 2 iturin

## THEOREMA VI.

itur in conclave quoddam remotius, adjuncto tertio, Magus ne quis verbum præsente spectro proferret, interdicit. Ingriditur spectrum pederentim, Imperator miratur omnium membrorum miram convenientiam, recordatur verrucæ in cervice conjugis, sed & ea quoque observanti apparuit. Horruit tandem Imperator, & spectrum remoyeri ntu Mago mandat, & cum indignatione ait: Monache, talibus imposterum abstinere jubeo, addens etiam quam difficulter linguam cohibuerit, & vocem compresserit, quæ si erupisset, de vita tanti Imperatoris aetum fuisset, hasce historias JOH. CODELM. in cit. tract. de Mag. Venef. & Lamiis partim ex AUGUST. LERCHEIM. Tr. German. von der Zaubererei iisdem verbis nobis suppeditavit; Huc spectant 7 quoque illa, quæ habet de Saga quadam TIBULLUS libr. 2. Eleg. 2.

Hanc ego de caelo ducentem sydera vidi,  
Fluminis haec rapidi carmine vertit iter.  
Haec cantu, finditque solum manesque sepulchris  
Elicit & tepido devocat ossa rogo.  
Jam cier infernas magico stridore catervas,  
Jam lubet aspersas lacte referre pedem.  
Cum lubet haec tristi depellit nubila coelo,  
Cum lubet astivo convocat orbe nives.

Similia videbis apud DIOG. LAERT. in Vita Empedocli. VIRG. Buc. 8. & AEn. 1. 4. HORAT. in Epop. Carm. 5. & 18. LUCAN. libr. 6. Pharsal. Cum autem constat, quod horum recensitorum, aliorumque innumerabilium effectuum nec causæ naturales, nec idoneæ artificiales possint dari, vel allegari, à quibus isti effectus dependant, merito ergo hi pro præstigiosis & fascinationibus sunt habendi: Interim tamen ad discernendum, an aliquis effectus mirabilis à Magis præstitus sit sincerus, an fucatus, ut ait CASP. SCHOTT. in Mag. Univ. p. 1. libr. 1. c. 8. hanc tradit regulam: Si effectus Magicus ejusmodi est, ut potentiam Dæmonis supereret, tunc censi debet præstigiatorius; quando vero non constat,

cum

## THEOREMA VII.

eum viribus Dæmonis superiorem esse, res dubia est, & oportet recurrere ad circumstantias. Conf. NIC. REMIG. in Dæmonol. libr. 2. c. 4. JOH. BODIN. in Dæmonom. I. 2. c. 7. VVIERUS de præstig. Dæmon. libr. 4. c. 4. seqq. MART. DELRIO in Disquis. Mag. I. 2. q. 4. seqq. 6.

## THEOREMA VII.

*Magia illicita effectoria est admirandorum operum realium & verè existentium auxilio Diaboli productio.*

**S**icut scientia Dæmonum est accurata, ita potentia eorumdem est validissima, potentia divinæ tamen semper subordinata & finita, quia essentia est proportionata.

CASP. EBEL. in Aphor. Metaph. disp. 10. reg. 8. Cum autem Veteres multa de Sagorum & Lamiarum effectis produnt, quod carminibus recitatis natura ipsa moveretur, Joye inscio tonaret, imbres, procellæ, tempestates cierentur, amnes reverterentur, maria starent, solis cursus sisteretur, Luna cœlitus detraheretur, stellæ in nubila conderentur, viperarum fauces rumperebantur, aliaque plura, ut hoc refert HENR. KIPPING. in Institut. Phys. libr. 2. c. 4. n. 21. Cum tamen effectus hi, quos Magi operæ Dæmonum producere possunt & solent, sint vel veri, vel apparentes, vel ex veris & apparentibus mixti; nam quod Magi operæ Dæmonis nonnullos effectus naturales verè producere possint, de eo nullum est dubium, quia Dæmones in Physicis sunt spiritus callentissimi, & habent perfectam rerum naturalium cognitionem & vires valentissimas ad applicandum activa passivis, & insuper multiplicem habent experientiam. Quare si per Magos verum aliquem effectum producere volunt, qui ipsorum vires non excedit, & Deus id permitteat, nihil prohibet,

## THEOREMA VII.

quo minus id efficere possint. *CASP. SCHOTT*, in *Mag. Univ.*, p. 1.  
5 libr. 1. c. 8. Talia opera sunt, quando magi ope Diaboli non tan-  
tum in elementis & aliis corporibus naturalibus mixtis sua ope-  
ra exercent, sed & in ipsis hominibus, idque variè, illorum intel-  
lectum excæcant, decipiunt, corrumpunt, voluntatem ad pec-  
candum incitant, interiores somniis terrent sensus, exteriore  
ad expetenda illicita objecta alliciunt, vel etiam hominem iis pri-  
vant, facultate loco motiva abutuntur, facultatem sermocina-  
tricem inhibent, potentias vegetantes debilitant, actiones bonas  
impedient, malas vero promovent, corpora vel obſident, vel a-  
lias misere affligunt, adeò ut sicut Dæmones & Magi sunt ho-  
stes capitales Dei veri, & omnium rerum à Deo conditarum,  
ita etiam nihil mali negligunt, quod non adversus hos omnes  
moliantur, quanquam citra permisum Dei, ne in porcos quidem  
grassari, nec pediculos, quando volunt, afferre possunt. *Vid. JAC.*  
*MART.* in *Metaph.* lib. 2. exercit. 3. theor. 10. *CASP. EBEL.* in *aphor. Met.*  
6 disp. 16. Reg. 8. & 9. Cum tamen alias, Deo sic permittente, Satanæ  
ipse omnes has actiones, imò totum negotium absolvere possit,  
etiam si Sagæ vel Magi nullam conferant materiā, modo earum  
consensus, etiam tacitus accedat, & signa vel ceremoniæ, ritus-  
que, quorum primus auctor Diabolus est, adsint, ut diversis  
exemplis probant *JOH. CHRIST. FROMMAN.* Tr. de *Fasc. Magic.*  
13. p. 5. c. 1. §. 9. *DEUSING.* Exam. pulv. Sympath. p. 91. *NIC. RE-*  
*MIG.* in *Demanol.* libr. 2. c. 9. Quid ergò mirum, si data mate-  
ria absurdæ, vana & inepta, non quævis, sed ea, quæ Dæmonem  
habet autorem, effectus sequatur. Non tamen possunt Magi  
ope Dæmonis miracula propriè dicta, seu supranaturalia, cum  
hæc excedant omnem vim agentium naturalium, produceret,  
etiam si veteres illis admirabiles effectus tribuerint. Nam, licet  
Magi sepe producant effectus mirabiles, & inusitatos, quos vel  
ex causis naturalibus modo occulto oculos hominum perstrin-  
gendo, vel phantasiam commovendo, vel etiam organum vi-  
sionis turbando, educere norunt, unde fit, ut cum nos lateant  
causæ,

## THEOREMA VII.

causæ, ejusmodi effectus nobis saepe miraculosi videantur, cum  
tamen in se, vel saltim mirabiles, aut etiam vere præstigiosi sint.  
*Vid. BALDUIN* in *Cas. Conscient.* l. 3. cap. 2. cas. 4. *PHIL. HENR. FRIED-*  
*LIEB.* in *Floril. Theol.* loco de *Angel.* qu. 9. Sic quoque, ut Magi ope  
Dæmonis non possunt creare, hoc est, ex nihilo aliquid produ-  
cere, vel etiam formam substantialem immediatè sine prævia  
alteratione è subiecto educere, quia hoc excedit vim agentis  
naturalis, & actio est potentia & virtutis infinitæ, ita iidem non  
possunt aliquid in nihilum iterum redigere, ut ut alias ad res con-  
fundendas & destruendas sunt potentissimi. *Vid. CHRIST.*  
*SCHEIBLER.* in *oper. Metaph.* l. 2. c. 4. n. 240. *EBELLIUS* in *aphor. Me-*  
*taeph. disp.* 16 reg. 8. & *GEORG. BARTHOLD. MEIER* in *sua Disput.*  
*de Intelligent.* sect. 3. quam Anno 1689. in *hoc atheneo Præside DN.* I  
*BUTTNERO* habuit. Neque possunt unam speciem in aliam  
transformare, seu hominem in brûtum, ut in canem, lupum, fe-  
lēm convertere, quoties ergo hoc modo fieri videntur lupi, ca-  
nes, feles, &c. oculis deceptis hoc erit adscribendum, dum ge-  
nius malus hominis imaginativam corruptit, ut sœviat more  
bruti, corpori vero nebulam circumfundat, ut exteriorem fi-  
guram in oculis hominum aliorum mutet. *Conf. ANTHON.*  
*DEUSING.* *Disput. de Lycanthropis.* *JOH. BODIN.* in *Demonom.*  
libr. 2. c. 6. *JOH. FERNEL.* de *abditis rerum causis.* libr. 2. c. 9. *JOH.*  
*VVIER.* de *præst. Demon.* c. 10. *JACOB. M. BRITAN.* *Rex in Demon.* libr.  
3. c. 1. Siquidem & omnia illa, quæ de famosa illa Lycanthe-  
ria, & de omnibus aliis magicis rerum conversionibus circum-  
feruntur, aut nunquam sunt visa, aut si qua visa sunt, non res  
videnda, sed oculus videntis fascino fuit oblaesus, aut si oculus  
inviolatus persistiterit, tunc res videnda subdolè fuit subducta, &  
alia in locum ejus fuit substituta. *NIC. SCRIBON.* in *Physiol. Sa-*  
*gar.* p. 66. *JOH. GEORG. GODELM.* de *Mag. Venef.* & *Lamis* l. 2. c. 3. 12  
n. 9. *CASP. SCHOTT.* in *Phys. curios.* l. 1. c. 26. Pari quoque modo  
non possunt Magi ope Dæmonis efficere, ut animæ Sagarum  
extra corpora abripiantur, & ad nocturna comitia transferan-  
tur,

## THEOREMA VII.

tur, quamvis Dæmon quarundam Sagarum sensus ita fascinare & pervertere possit, ut putent, se verè conventus celebravisse, <sup>14</sup> cum tamen domi fuerint ; Interim non imus inficias . Dæmonem nonnunquam suos Magos & Sagas una cum suis corporibus citra animarum abreptionem verè ad conventus illos nocturnos scopis & furcis, hircis & felibus insidentes , unguentis stygiis ante perlitas, & ceremoniis ludicris consecratis deportare, prout hoc attestantur *JACOB. M. Br. Rex in Dæmoni. l. 2. c. 4.* *JOH. BODIN. in Dæmon. l. 2. c. 4.* *L. DANÆLUS de fort. c. 4.* *HENR. KIPPING. Instit. Phys. libr. 2. c. 4. n. 21.* *JOH. VVIER. de præfig. Dæmon. l. 3. c. 11. seqq.* Item non possunt Magi , nec ope <sup>15</sup> Dæmonum facere, ut bestiæ, arbores, statuæ & similia articulatæ loquantur , nec brutis intelligentiam discursivam largiri. *Vid. MART. DELRIO in Disquis. Magic. libr. 2. c. 20.* *CASP. SCHOTT. in Mag. Univ. p. 1. libr. 1. c. 10.* licet hominem ipsum, juxta pactum cum Dæmone initum , in quibusdam scientiis & artibus erudire possit, ut vult *JOH. CHRIST. HUNDESH. in Theol. natur. c. 20. 16 q. 6.* Imò nec mortuos in vitam revocare, vel eosdem resuscitare, aut vivificare possunt, cum hoc sit opus solius Dei, qui vita est, & vitam omnibus suppeditat. Satanæ quidem potest ad tempus gestare cadayera defunctorum , motum etiam interdum præbere videtur, sed ipse agit omnia. *JOH. BODIN. in Dæmon. libr. 2. c. 3.* Sic quoque supersticio est, statuere Magos posse ob delictum aliquod perpetratum oculos absentium excutere; Quomodo enim absens per se & ipso actu , nullo auctore præsente, absenti incommodum inferre potest, quia certum, quod characteres & verba , quatenus sunt mere quantitates , per se nullam habeant efficaciam. Confer, *VVIER. de præfig. Dæmon. l. 4. c. 5.* Ita etiam non possunt magicis artibus ope Dæmonum sexus mutare, id est, sexum ipsum foemininum in virilem, vel virilem in foemininum commutare ; neque Seni reddere Juventam, ut qui senex est, non fuerit & desierit esse, quis enim quod factum,

## THEOREMA VII.

factum, maximè successiva clapsum actione, id reddat infectum, de quibus omnibus , & multis alijs *Vid. MARTIN. DELRIO Disquis. Magic. libr. 2. quæst. 22, 23.* *CASP. SCHOTT. in Mag. Univers. p. 1. l. 1. c. 10.* *ULRIC. MOLITOR. de Pythopib.* *TORREBLANCA de Magis LAMBERT.* *DANÆLUS de Sortileg. c. 4.* & in specie *FRANCISC. SIMON. b. m. quondam Pastor ad S. Georg. & Hiob. Hamburg. in sua Schol. Concord. Contriv. & Consilient. ad Evangel. Invocavit. artic. 3. n. 3.* quo omnia antecedentia quasi in compendium reducere voluit, quando ibi asserit : Es sind zwölf Göttsche Werke dem Teuffel ganz unmöglich / als 1. neue Creaturen schaffen. 2. Dieselbigen ändern. 3. Vernehen. 4. Ohne Arzney Krankheiten heilen. 5. Unfruchtbahre fruchtbahr machen. 6. Des Himmels Lauff außhalten. 7. Das Meer von einander theilen. 8. Denen Elementen ihre Wirkungen benehmen. 9. Zukünftige Dinge wissen / und Gegenwärtige für sich sehen/ wie GÖTTE. 10. Todten außwecken. 11. Göttsche Wunder thun / c. 12. Die Gedanken der Menschen erkennen und wissen. Hæc omnia autem & multa plura, sicuti illa Diabolo <sup>20</sup> absolute sunt impossibilia , ut quæ Deus suæ potentia infinitæ soli reservavit, & per consequens eadem Diabolus verè in effectum verum deducere nequit , etiamsi Deus Optimus talia Dæmoni velit permittere , ita Magi quoque nihil omnino <sup>21</sup> eorum de se ipsis possunt, quæ Magiam naturalem & artificiam superant , nisi Dæmonum præsentiam certis ceremoniis ac signis inicitent, & quasi ex pacto ad mira patranda eosdem incitent, quibus Dæmones tantisper serviant, donec eos miserè in æterna inferorum tormenta abripiant , ubi cum infernaliibus corvis miserum Cras æternum crocitare jubentur , quod Opitius in Hymno germanico de lachrymis æternitatis sic reddidit:

D

Schren

## THEOREMMA VII.


Schrey immer Cras! O Rabe schrey!  
Und sing die alte Melodey;  
Der Ewigkeit Ihr Ziel zu sehn/  
Kan wahrlich Morgen! nicht geschehn.

Cæterum conferantur de hac materia amplissima & difficultissima.  
 22 *JACOBUS Rex M. Britannia in sua Damonolog. JACOB. MARTIN. libr. 3. Miscell. Disp. II. dist. 17. Nobiliss. DN. JOHAN. JOACHIM. Koch J. U. D. in sua Disputat. Juridic. de Venen. & Venefic. quam anno 1682. sub præsidio DN. DANIELIS BÜTTNERI summo cum aplausu in hoc illustri Athenæo defendit. TORRE-BLANCA de delict. Sagarum. MART. DELRIO in Diuqvis. Mag. libr. 2. LAMBERTUS DANÆUS de Sortileg. c. 4. JOH. VVIER. de præstig. Demonum. l. 3. c. 11. seqq. JOH. GEORG. GODELMAN. de Mag. Venef. & Lam. JOH. CHRIST. FROMMAN de Falsimat. Mag. CÆSAR. LONGIN. in Secret. Magic. CASP. PEUCER. de Divinat. JACOBUS GAFFARELLUS in sua Curiositat. inauditæ aliquæ plures.*

Et hæc sunt, quæ pro tenuitate ingenii de Magia tam licita, quam illicita hac vice proponere constitueramus. Deus Ter Optimus faxit, ut omnia, quæ in medium allata sunt, cedant in ipsis solius Gloriam, & in nostram Salutem perpetuam.

Majores majora sonent; mihi parva locuto  
Sufficit in laudem cedere cuncta DEO.

F I N I S.



*Ad Politiss. Dominum Respondentem.*

**N** Is tractare magas artes doctèq; tueri,  
Quomodo permisæ, quatenus illicitæ,

Judicium Lector formabit, quærere tentans  
Peccat fortunas his vetitis studiis  
Ut laudandus erit naturæ tramite recto  
Omniñò incedens, inveniens aliquid.  
Dœmonis adversus fraudes hos protege  
quæso:

Et porro his coeptis annue Christe piis.

*S. von Bremen/Dr.*

**E** Doctus SOPHIAM sacri penetralia Verbi  
Nunc ZUM FELDE subijs, ac penetrare studes,  
Pernicis studii tua dissipatio Testis;  
Docta Magia tibi quid sit in urbe docens?  
Macte tuis felix ausis, atque esto, quod esse  
Discipulis: Athletam talis arena beat;

Frugi atque Industrio Juveni de sapientiâ verâ  
disputaturienti gratulatur

**C. S. WOLFIUS, SS. Th. D. Sæ. Ræ. M<sup>ris.</sup>**  
Sueciæ in Sacro Consistorio Consiliarius & Assessor,  
Pastor Primar, in æde B. Marie & Lector SS. Theo-  
logiæ.

**D**um tuicos sagamus amissis, sed fædera damnas,  
 quæcum corripis p'iu int' atra Magis;  
 In mentem recusat Alagoz quos traxit ab Ortu  
     Ad CHRISTI cunas, fugida stella sui.  
 Atq; borum exemplo tenet agmina, suspice costam,  
     Sic Christum inveneris, qui fuit natus domus.  
 Hic studii int' uetus, fraude nisi fidore Ducas,  
     Te faciat lato corpore sine tui.

Ita p'is Compos. de Respondentis gratulaturus scribit.

**M. Hieronymus Müller,**

ad D. Nicol. Archidiaconus.

Cel' trah' p'iu'num & trah' p'iu'num Juvenem,

**ALBERTUM** ~~de~~ Gelver.

Magni Parens

VIII

Notabilissimi, confutissimi & excellissimi,

**DN. HERINONIS** ~~DE~~ **FESTE**/

S. Adm' Suec. in Palauum Ducatus Bremensis

**PROVINCIALIS**

Disputat. Meritorum,

Magnus ex Procula Disputationis

Filius Primo genitum,

Antarem & Respondentem hujus Disputationis de MAGIA Acutissimum,

Anterem in Letitibus meis Philologis, tam Publicis, quam Privatis

Diligentissimum,

Amicum meum maxime colendum.

**I**n Sophia quantum proficeris hactenus atua,  
     Indico specimen, quod modo fistis, erit.  
 Si quo depositi, studio perrexeris, olim  
     Thiologos inter communerandus eris.

Ita vovet ex animo

**DANIEL BÜTTNERUS.** J. U. Lie. Profess. Public.  
 G. H. RECTOR, & Disputat. PRÆSES.

**A**eterna facias patre fæder A  
 L aus & labores; & studio improb O  
 B enigma Balles est brabec N  
 E t enim omni labore laur D  
 R em gloriae doctiferas apu M  
 T rafat Camoces FELDIADES, sat U  
 U .t. splendens laudando, oli M  
 S ic celestis quoque laude part A  
 Z elô sciendi nemo potentio R,  
 U ndas culutis Pegnisdum bibi T  
 M ultis, studios grandis labor E  
 F ortè poli superare culme N,  
 E xcellit aptis viribus ingen I,  
 L ibros Sophorum laetus & excuti T:  
 D octâ politus crescat art E  
 E t Sophies titulis triumphe T.

Gratulabundus apposuit

**PAULUS GEORGII KRÜSSE**/

Poëta Nobilitatus, Scholae Hamburgens.  
 Subcorrector, & in Illustri Societate  
 Teutonica PORTANS.

# SCHEIB.

In edler Geist und Sinn der schwinget sich empor /  
Und lässt ihm durch nichts die Adlers Flügel binden /  
Man wird Ihn allezeit in dem geschäftig finden  
Was seinen Glanz und Ruhm für andern zieht hervor ;  
Der Weisheit giebet Er stets ein geneigtes Ohr /  
Er lässt sich einen Krank von ihren Myrthen winden /  
Dagegen aller Pracht der Kränze muß verschwinden /  
Den sieht Ihm endlich aufs der ganze Mäuse-Chor.  
Also / Herr Beter / ist Er rühmlich auch gesinnt /  
Weil man in dieser Schrift hie von die Proben findet /  
Sein Fleiß der heisset uns was Grosses von ihm hoffen ;  
Ein Krantz wird fünftig nicht genug für ihme seyn,  
GOT gebe / daß hinsür durch seiner Tugend-Schein  
Die Hoffnung werde selbst gelücklich übertroufen.

Hiemit wolte seinen werhesten Herrn Beter  
sein ergebenstes Gemüth bezeugen

A. Martens /  
LL. Studios.

Pinguis uti campus producit pinguia grana  
Sic mente ex docta plurima docta fluunt.  
Perge ita, Amice, donec concendas culmen honoris,  
Laurea jam certè est grata parata tibi.

Hec Pereximio Dn. Respondenti Amico suo  
integerimo amicâ scripsit manu  
ALBERTUS HIERONYMUS BOCK,  
Hamb. SS. Theol. & Philos. Studiosus.

50

Sofan auch Euer Kunst bezaubern selbst die Sinnen /  
Und sie zum Eigenthum durch klugen Witz gewinnen.  
Dass alle Sinnen fast allhier durch SCHE bestrikt /  
Und gar Verwunderns-voll / nicht anders / als entzückt.

Dann wann ein falles Sinn nur will die Lippen rühren ;  
So kan ein süßes Wort die Herzen mehr entführen /  
Und ziehen aus sich selbst / als wann des Zauberers Fleiß  
Durch böse Kunst gedencft zu machen sich den Preis.  
Es kunt Ullises wohl vor jenem Kränze stehen ;  
Als jemahls must an Ihm zu Grund und Trümern gehen /  
Die stark vermeinte Kunst der schwarken Zauber-  
Frau /

Die jeden seines Volks verwandelt hat zur Sau !

Wann aber Euer Mund nur redend sich beweget /  
Der lauter Saft und Kraft aufs seinen Lippen häget ;  
Den greift er so die Brust selbst mit Entzückung an /  
Dass niemand / niemand ist / der sichs enthalten kan.

Nun Euer Geist bereits die Sinnen so kan beugen ;  
Solt Euer Lob nicht einst die Himmels-Bühn ersteigen ?  
Ich wünsche denn / daß Ihr verharret in der Spuhr /  
Zu beugen fünftig gar zum Himmel die  
Natur.

Diese zwar schlechte / doch aus einem wohlmeinendem Gemüthe  
hergeschlossene Zeilen führet schuldiger massen anbei

Johann Adolph Neukenbecher,  
Trittoy-Hollatus.

**G**o recht / mein Herr zum Feld / so gleicht die That den Nahmen/  
Denn wie ein fruchtbahr Feld nach reich empfang'nen Sahmen.

Mit reicher Frucht bald lacht : So macht Er's auch mein Freund/  
Da Er mit grüner Frucht anieso bey uns scheint,  
Diss weisen uns genug die gegenwärt'gen Blätter /  
Die nicht verachten kan der tolle Momus Spötter/  
Fahrt fort / mein Freund / empfahlt die Musen-Cron  
Die nur Apollo gibt an einen Pinthus Sohn,  
So wolle mit eylsärtigen und schlechten Zeilen  
seine Schuldigkeit abstatten

**PETRUS RIPER, Palæog. Bremens.**

**P**lausu dum pleno, pergis dum tendere cursu  
Ad sacra, quo Sophia semita monstrat iter :  
Auguror hinc, O chare mihi Zum FELDE, futurum,  
Olim inter magnos ut numerare viros,  
Quorum Letheo nescit sub flumine mergi  
Fama, sed ad seri secla nepotis ovat ;  
Quod precor ex animo, Ego voveo, quod spero fidenter :  
Tu spem, summe, meam, vota precesque juva :

Ita Politissimo Autori, DN. ALBERTO Zum  
FELDEN, Amico suo singulari de Magia Di-  
fputanti ex animo gratulatur

**FRIEDERICUS WOLFIUS.**  
Bremensis, Phil: & J. U. Studiosus.

